

ceras; & per eam immutari non poterat veritas, *leg. cum falsa*, & ibi Bartol. ff. de jur. & fact. ignor. Socin. jun. *conf.* 112. num. 2. *cum segg.* vol. 1. Menoch. *conf.* 91. num. 38. *conf.* 745. num. 26. & *conf.* 657. n. 6. nec fieri delictum quod jure delictum non sit, pluribus Giurba, *conf.* 16. n. 11. Quare ex hoc condemnari non poterat, nisi ratione mali exempli, vel furri subsequuti, quod pœnâ extraordinariâ puniri probavimus, *sup. contr.* 36. n. 3. *cum segg.* Muliercula verò quæ in effectu lenocinium quærebat, non fortilegium; licet ab Ægyptiana decepta, consensum præbuisse videbatur ad fortilegium faciendum, non dolo expresso egisse apparebat, sed superstitioni consentisse per simplicitatem, & ignorantiam, culpabilem tamen, mitiori pœna puniendam juxta doctrinam Far. *dict.* *quæst.* 20. n. 100. *cum segg.* Carena, *d.p.* 2. tit. 1. §. 11. n. 62.

Quibus adstipulatur, quod incipiens fortilegium facere, si non perfecit, pœna extraordinaria tenetur. Ut cum nostro Cantera, & aliis probat Carena, *d. tit.* 12. §. 29. n. 236. *cum segg.* Ob quod, licet concedamus, quod muliercula fortilegium amatorum fieri mandasset (nam Divinatorium, vel Hydromanticum, è fallacia, & calliditate Ægyptianæ procefferat) duplici ex capite

mitius punienda erat: nempe, quia mandans in hoc crimine non punitur eadem pœna, ut dixi n. 19. & quia perfectum non fuit, licet deventum ad actum præbulum criminis ab ea quæsiti. Nam nullatenus versabamur, circa crimina atrocissima, quæ ex affectu eadem pœna puniri possunt; etiam effectus non sequatur, ut latius differui *cont.* 32. ex n. 2. Neque in maleficio hostili, quod puniri eadem pœna non sequuto effectu tenuit Carena, *d. tit.* 12. §. 34. n. 276. *cum sequentibus*

Ex quibus decisum fuit in Aula quod meretricula condemnaretur ad pœnam exilii per sexennium, & centum aureorum. Ægyptiana verò in processu contumaciali, ad verberandum, & reclusionem perpetuam, sententia lata anno 1660.

Huc usque Controversias de re criminali exaraveram, munus Præfecti Regiæ Domus, & Curie obtinendo, sed die 29. Octobris anni 1668. promotus ad supremum Senatuum Novi Orbis, calamum posui, quoad causas spectantes ad supremam Aulam Criminum, petitori rogando, quod ea quæ deficient suppleat, & si quid in his erratum inveniet, benignè corrigat: omnia sub correctione sanctæ Mattis Ecclesiæ supponendo.



PARS

PARS ALTERA
DE RE CRIMINALI,
SIVE
CONTROVERSIARUM FORENSIUM,
juxta Decisiones Supremi Senatus
NOVI ORBIS.

CONTROVERSIA LXI.

De Prætoris negotiante in Provincia sibi commissa, cum enormissima jactura subditorum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species traditur.
- 2 Indorum dictis deferendum non est in re gravi, ex innata facilitate, atque perfidia.
- 3 Ab Indis juramentum exigere periculosissimum censetur.
- 4 Interesse habenti in causa, credi non debet.
- 5 Municipales in causa municipii, testes idonei non sunt.
- 6 Abbas sive superior, quamvis admittatur ut testis in causa Ecclesiæ, sive Monasterii, fallit quando gessit officium Procuratoris ejusdem.
- 7 Ut Prætor teneatur de crimine socii, seu familiaris, debet constare de ista qualitate.
- 8 Prætor ex crimine sua familia, solum tenetur ad pœnam pecuniariam, & non ultra.
- 9 Negotiatio toto jure prohibita reperitur Prætori, vel judici in Provincia sibi commissa.

D.D. Laur. Mathez, de Re Crim. P. II.

- 10 Præconsul, sive quilibet alius in officio constitutus, solum potest emere in Provincia; necessaria autem victum.
- 11 Contractus cujuscumque officium Judicis obtinentis, de jure improbantur, absque Principis licentia de jure Codicis.
- 12 Jure Hispano reprobata negotiatio Judicum atque Magistratum reperitur.
- 13 De jure Indiarum enixe repetita est eadem prohibitio.
- 14 Probatio negotiationis in Magistratus seu Judices Indiarum, privilegiata reperitur tanquam crimen repetundarum.
- 15 Negotiatio peccato proxima.
- 16 Pœna Magistratum seu Judicum negotiationem exercentium, remissivè.
- 17 Quidquid in Provincia sub specie auctoritatis publicæ, & palam fit, de mandato Prætoris fieri censetur.
- 18 Quidquid fit in Provincia per Prætores expediri debet.
- 19 Conscius est criminis, qui manifesto facinori desinit obviare.
- 20 Præfidi Provincia spectant cura cobibendi illicitas exactiones, violentias, & contractus, ex metu extortos.
- 21 Rei evidentia resultat ex facto ipso de quo agitur.
- 22 Nemo presumitur jactare suum.
- 23 Nimia negligentia punibilis est in Magistratibus.

Pp 24 Nequi

- 24 *Nequitia præsuntur facta ab eo in cuius utilitatem resultat.*
 25 *Avaritia frequentissima in Magistratibus Indiarum.*
 26 *Lex 6. tit. 9. lib. 3. recopil. expenditur.*
 27 *Indorum depositiones in re gravi, quando exigendæ sunt.*
 28 *Numerus supplet testium defectus.*
 29 *Testis integra fidei præsuntur, dum contrarium non probatur.*
 30 *Dispositio d.l. 6. procedit in causis visitationis.*
 31 *Ex ipsis rebus probatio sumenda est.*
 32 *Tutela Indorum præcipua cura Magistratum Novi Orbis.*
 33 *Præsumptio violenta, æquiparatur vera probationi.*
 34 *Magistratus tenentur pro criminibus à sociis, & famulis patris.*
 35 *Prohibitio negotiandi se extendit ad eos, qui circa Magistratus sunt.*
 36 *Magistratibus prohibita est negotiatio, per suppositas personas.*
 37 *Per Consiliarios, famulos, atque domesticos.*
 38 *Per ministros, atque manipularios.*
 39 *Idem de iure Hispano.*
 40 *Furamentum observandi has prohibitiones præstant Magistratus Novi Orbis.*
 41 *Ratio hujus prohibitionis est, ne prætextu officii subditi concutiant.*
 42 *Nil interest an concussio hac fiat per Magistratus, an per alios.*
 43 *Contractus, & negotiationes Magistratum, repetundarum crimina simulata sunt.*
 44 *Major fraus resultat ex interpositione comitum, seu famulorum.*
 45 *Ignorantia Magistratus affectata, atque supina est, in his quæ sunt per domesticos, & familiares.*
 46 *Ex nimia negligentia in re ad se spectante, Magistratus ob crimina comitum, & famulorum tenetur, quædam omnes penas.*
 47 *Magistratus in syndicato tenetur totam familiam exhibere.*
 48 *Ex famularum sive comitum fuga Magistratus non excusatur.*
 49 *Quando veritas aliter haberi non potest, Indi examinari debent in re gravi, dum numerus suppleat defectum.*
 50 *Reguli Indorum, vulgò Caziques, immunes sunt à præstatione operarum.*
 51 *Comites, & famuli, qui dicantur ad*

- effectum, ut Magistratus de criminibus eorum teneatur.*
 52 *Magistratus, quo casu ex crimine parato per socios, domesticos, vel familiares teneatur, ultra penam pecuniariam.*
 53 *Decisio Senatûs.*



Rætor unus, ex his qui per nostrum Potentissimum, atque Catholicum Regem ad gubernandas Provincias Novi Orbis per quinquentium mitti solent mediantibus duobus comitibus, familiæ ipsius, pecuniæ magnam quantitatem distribuisse dicebatur in municipiis Indorum, imposita necessitate colligendi fructus, & conficiendi Indices ex gossipio, ejus ferax Provincia est, qui tradendi erant ad rationem pretii exigui, ita ut jacturam ultra dimidium justæ æstimationis reportarent. Querelæ oppressorum ad nostrum Senatum Novi Orbis, delatæ fuerunt, de patris antequam quadrimestre administrationis adimpleret. Visitatio iudicium decretum in eum fuit; & commissio expediri uni ex Regiis Consiliariis Audientiarum Indicarum. Qui ad eam Provinciam translatus, dum inquisitionem perficiebat, edictum publicari iussit, quo jubebatur cuicumque bona Prætoris retinenti, quod ea exhiberet, ut sub sequestro deponerentur, penes Regium Thesaurarium. Hujus edicti virtute Reguli, sive Rectores Municipiorum Indorum (tercentotum numerum superabant) fructus, Indices, atque pecunias exhibuerunt, valorem quatuor mille aureorum excedentes, ex quibus centum quinquaginta, & unus (quorum lingua vernacula per Interpretes intelligi potuit) examinati fuerunt, deponentes sibi à Prætoribus, respectivè, tot aureos traditos fuisse, mediantibus illis comitibus, qui ad hoc per Provinciam missi fuerant, ut tot Indices, vel fructus rependerent intra statutum tempus, pretio præfinito, cum prælibata jactura. Ad erant jam depositiones trium testium ex Hispanis in Provincia degentibus asserentium, se vidisse pecunias pari modo Regulis aliquorum municipiorum tradi ab ipsis famulis Prætoris, ut inter Indos distribuèrentur ad eundem finem: & plena probatio quod Prætor secum adduxit illos duos, quando ad Provinciam suscipiendam accessit, atque tanquam famulos

familios tractabat. Qui quidem fuga accepta, amplius in Provincia visi non fuerunt, neque illi, vel alius eorum nomine, se opposuit ad vindicandas merces, fructus, vel pecunias sub sequestro depositas.

Accusatus Prætor de crimine negotiationis in Provincia quam administrabat, & de concussione illata subditis, atque actis legitime conclusis, juxta formam iudicii visitationis, ad Senatum; contendeat absolvendum fore. Primò quod crimen probatum non erat; nam Indorum depositiones rejici debebant, cum Indi ex sua natura, imbecilles, fordidis, inconstantes sunt, aded ut eorum dictis in re gravi standum non sit: sic P. Josephus Acoſta, de procur. Indor. salut. libro 1. cap. 1. ibi: *At natio Indorum (est alii aliis præstant) univèrsa tamen est ab omni ingenuitate alienissima, tota sordida, tota servilis. Ingenio ut plurimum obtuso, iudicio perquam imbecilli, inconstans prorsus, & lubrica; moribus infidi, ingrati, metu solum cedere, & vi honoris vix sensum habere: pudoris propemodum nullum.*

Quare ab Indis testimonium iurejurando, exigere periculosissimum iudicat ipse Acoſta, lib. 3. cap. 32. ad finem, propter facilitatem deiciendi; pluribus Dominis Solorgan, de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 27. ex numero 50. quo expendit Decretum Consilii Limari 3. act. 4. cap. 6. & ordinationem Proregis Petuani; Don Francisci de Toledo & novissimè Pater Didacus Avendaño, in Theaur. Indiar. tom. 2. Tit. 15. cap. 4. numero 29. cum seqq.

Quibus addi poterat, quod Indi vexati, & oppressi supponebantur, & sic deponere ad sui utilitatem, & tanquam interesse habentes, non erant integræ fidei, juxta Text. in l. nullus. ff. de testibus. l. in omnibus, Cod. eod. & utrobique Doctores passim, de iure nostro Text. in l. 19. tit. 16. part. 3. ubi Dominus Gregor. Lopez, pluribus Farin. quest. 60. numero 1. per plures sequentes. Tractabatur enim de inquirenda oppressione illata municipiis Indorum, seu potius ipsis Indis incolis eandem universitatem, & sic ut singuli utilitatem propriam procurabant, & dato quod ut universi, in criminalibus à testimonio rejiciantur, ex doctrina Abbatis, Decii, Innocentii, & aliorum, ut tradit Farin. dict. quest. 60. numero 508. etiam si essent Reguli, aut Caziques: nam licet Prælati, Abbas, vel alius Præpositus sive Superior admittatur ad testimonium

præstandum in causa Ecclesiæ, Monasterii, vel Universitatis, ex Text. in cap. in super de testibus, ubi Doctores. & signanter Barbosa, in collectan. num. 1. cum seqq. fallit quando Prælati gessit officium procuratoris, ut in eodem Textu habetur, Farin. dict. quest. 60. num. 508. Barbosa. ibidem num. 7. Cum autem Reguli tanquam procuratores Municipiorum fructus, merces, & pecuniam ad depositum adduxerunt, nullatenus tanquam testes examinari poterant; & de facto examinati, nullam probationem faciebant.

Secundò, quia quod probabatur, non erat Gubernatorum pecunias distribuisse per municipia Indorum ad extorquendum fructus, vel merces pro viliori pretio: sed duo Hispani, qui dicebantur famuli ipsius, & neque de mandato apparebat, neque de qualitate famulatus eorumdem, quæ non præsumuntur, immò licet delictum perpetratum per famulos tendat in utilitatem Domini, si aliunde non constat de scientia, vel mandato ipsius, non tenetur, ut pluribus probat Farinac. quest. 134. n. 67. & 72.

Tertiò, quia etiam si probaretur, quod illæ concussiones, seu extorsiones factæ fuerunt per comites, aut famulos Prætoris, ad summum ille poterat teneri ad satisfactionem, & penam pecuniariam, non autem ad penam graviolem seu corporalem, Text. in leg. fin. Cod. ad leg. Jul. peculat. pluribus Azevedo, in leg. 4. tit. 6. lib. 3. numero 9. Avendaño, in cap. 3. Prætor. num. 5. versic. corrector autem, Bobadilla, lib. 5. politic. cap. 1. numero 78. cum seqq.

At Senatus condemnandum fore ad penam privationis officii censuit ex sequentibus. Primò quia toto iure negata est negotiatio Præfidi, Prætori, vel Iudici, in Provincia quam administrat, Plato de legib. Dialog. 12. sic diserebat: *Qui patria in aliqua re ministrant, nullo modo munera recipiant: nec ulla occasione, aut ratione nobis persuademus, in rebus quidem bonis suscipienda esse munera, in aliis minime. Nam nec cogiscere facile est, neque cum cognoveris continere. Idcirco tutius est legibus optemperare, dicentibus nulla pro patria ministerio munera esse suscipienda. Si quis vero minus obtemperasse damnatus fuerit, moriatur.* Plura de Iudicibus Magistratibusque corruptis congerit Jan. Langelus, seneſtrium. lib. 6. cap. 1. per tot. quo leges cunctarum nationum cumulat, quibus acerbissimè hoc

crimen plebatur; quæ ad nostram speciem maximopere conducunt; cum negotiatio in Magistratu, Judicæque, species munerum captandorum simulatæ sit, & in lege Julia repetundarum contentat, ut ex dicendis probabitur.

- ¹⁰ Sed ad specialia negotiationis prohibita deveniendo, de jure Digestorum clarè comprobatur, Text. in l. *solent* 6. §. *legatos, vers. & quod mandatis, ff. de off. Proconsul. ibi: Ne donum, vel munus ipse Proconsul, vel qui in alio officio erit, accipiat, ematve, qui nisi victus quotidiani causa.* Quo Textus Ulpianus, non solum de Proconsule, vel alio officiali, munera recipiente, respondit, verum etiam de eamente aliquid, nisi victus necessarii causa. Idem probat Textus, in l. *principibus* 33. ff. si certum petat. l. *milites* 9. in princ. ff. de re milit. l. *aufertur* 46. §. *quod à Præside, Digest. de jur. ff. leg. non licet* 46. leg. qui officii 62. digest. de contr. empt. leg. quod contra 8. digest. ad leg. Jul. peculat.
- ¹¹ De jure Codicis, & Novellarum Text. in leg. *unic. Cod. de contract. judic. l. sancimus* 6. Cod. ad leg. Jul. repetundar. l. *eos* 3. Cod. si cert. petat. l. *fin. Cod. de pæn. Jud. qui male judic. leg. Judices, Cod. de dignit. lib. 12. leg. 1. Cod. Theod. de offic. Rector. Provinc. leg. 1. Cod. Theod. ne damn. Prov. instig. §. sic igitur in Novel. ut Judices sine quoquo suffrag. & in Novel. de Mandat. Princip. §. oportet igitur. De jure Canonico, Text. in cap. 1. de sentent. & re judic. in 6.*
- ¹² De jure nostro antiquiori Text. in leg. 19. tit. 1. lib. 2. for. Judic. & in leg. 2. tit. 2. lib. 2. for. legem. Sed de jure Partitatum Text. in leg. 5. tit. 5. part. 5. & novissimo jure Text. l. 2. tit. 6. lib. 3. recopit. Quæ in Novo Orbe specialiter cauta sunt pluribus regijs rescriptis adductis per Dominum Solorçano, lib. 5. pol. 1. c. 11. & per Præsulem Chilensem Fr. Gafparem de Villaroël, in guberna. Eccles. p. 2. tit. 15. artic. 1. per tot. Quibus cunctis Præsibus, Præfectis, Judicibus, Prætoribus. ac cæteris Justitiæ, & gubernationis Ministris, sub gravissimis pœnis interdicta omninò est negotiatio. Pœnam autem imposuit rescriptum anni 1550. traditum à Domino Solorçano, ubi proximè, vers. *A lo qual año, pag. 836.* his verbis: *Por el mesmo caso han perdido, y pierdan sus officios, y todo lo que contrataren, y mas mil ducados.* Et per rescriptum anni 1619. traditum ab eodem Domino Solorçano, *ibid. vers. e por*

cedulas, ultra extensionem ad ministros inferiores, ne difficultate probationis impunita remaneant hæc crimina, dicitur, ibi: Que la probança de semejantes excessos sea de los testigos, y con las mismas calidades que se dispone por derecho en la probança de los Coechos, y baraterias de los Jueces, y otros ministros. Ita ut probatio hujus criminis privilegiata remaneat, juxta Text. in l. 6. tit. 9. lib. 3. recopilat. Et ratio est, quia si negotiatio Judicibus, ac Prætoribus permissa esset in Provincia quam administrant, omnia subvertentur extortitionibus, concussionibusve, atque occasio daretur fordidis, & simularis subornationibus, ut mox dicitur; præterquam quod, negotiatio periculo non caret, præsertim in habentibus jura imperii, ut probat Text. in l. 46. tit. 6. p. 1. ibi: *Asi como comprar, y vender las cosas con voluntad de ganar en ellas; por que a duro puede ser, que ome haga mercaderia, que non acaesca y pecado. c. qualitas 2. de pœnit. distinct. 5. ibi: quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum.* Exornant hanc doctrinam præter ordinarios Guido Papæ decis. 195. numero 2. Andr. Ifern. in c. 1. de feud. gard. l. asson. in d. leg. principalibus, num. 1. cum segg. Petrus Gregor. syntagn. lib. 11. cap. 5. numero 11. & lib. 35. cap. 28. numero 7. 11. & fin. Tiber. Decian. lib. 8. tract. crim. cap. 33. num. 28. Paris de Puteco, de syndic. verb. multa de Barateria, num. 3. & verb. contrahere, n. 1. cum segg. & verbo officialis in princ. Fatin. q. 111. n. 75. cum segg. Ant. Matth. de crim. in lib. 48. ff. tit. 8. c. 1. numero 11. Ex nostratibus Dominus Gregor. Lopez, in d. l. 5. tit. 5. p. 5. Didacus Perez, in l. 16. tit. 3. lib. 2. Ordin. Azevedo, in d. leg. 2. tit. 6. lib. 3. recopit. Ant. Gomez, var. tom. 2. c. 14. numero fin. vers. sexto, Aviles, in cap. 2. Prætor. Gloss. heredad, & glossa de mercaderia, Avendaño, in d. c. Prætor. num. 22. Simancas, de repub. lib. 8. cap. 34. numero 1. Matienzo, in dial. relator. c. 27. num. 1. Bobadilla, lib. 2. polit. c. 12. num. 4. Dominus Solorçano, d. c. 11. per tot. Villaroël. d. art. 1. ex num. 1. & Pater Didacus Avendaño, in thesaur. Indic. tit. 6. cap. 1. Qui plura de pœna, ¹⁶ detestatione criminis, & modo probandi, quæ non traduntur, quia ibi repetiti possunt, cum nostri instituti solum sit, speciales dispositiones juris Indiarum explicare. Sed ea suppositione, ex concordij voto scribentium, stabilita, quod Magistratus seu quilibet alius officialis

mercatur

mercaturam exercens in Provincia sibi commissa, crimen repetundarum incurrit, & illius pœnâ tenetur, ut ferè omnes tenent.

- ¹⁷ His itaque prælibatis, dubitari non potest de probatione criminis in nostra specie. Quia per depositiones trium Hispanorum probatur, quod duo famuli Gubernatoris, in aliquibus municipiis Indorum pecuniam illius nomine traderint Regulis, ut Indos cogerent intra statutum tempus, tot lodices contexere, tot farcinas gossypii ex agro colligere, totque pondera ceræ præparare, tali, & tali pretio, quod dimidium valoris, secundum communem existimationem non attingebat. His addebantur centum quinquaginta, & una relationes Regularum, ex tercentis Municipiis, in quibus hæc imperata fuerunt, quæ eadem penitus affirmabant. Ex quibus concludens probatio resultabat cum ea quæ intra Provinciam alicui commissam; publica auctoritate, vel ejus nomine geruntur patrat, de ipsius mandato perfecta censentur: sic probat mihi Text. in l. *nec quidquid* 9. in princ. ff. de off. Proconsul. & legat. ibi: *Nec quicquam est in Provincia, quod non per ipsum expeditur.* Et etiam solum concedatur tolerantia improbi facti patrat per illos duos homines, ex ea ipsa teus criminis factus fuit; Text. in c. *error* 83. distinct. ibi: *Non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifestò facinorosi desinit obviare, cap. consentire ead. distinct.* Bonus ad rem Text. in l. 48. tit. 5. part. 1. ibi: *ca el puesto para esto si lo sabe e non lo hace, non puede ser sin culpa: porque semeja que lo consiente e lo tiene por bien.* Hinc nostras Episcopus Angelopolitanus Dominus Don Joannes de Palafox, in hist. Reg. sac. lib. 1. dixerat: *Con los delinquentes se haze reo, el que a los delinquentes no los castiga.* Præsertim cum ad ipsius Prætoris officium pertinet, has illicitas extortiones cohibere; Text. in leg. *illicitas* 6. ff. de off. Præs. ibi: *Illicitas exactiones, & violentias factas, & extortas metu venditiones, & cautiones, vel sine pretii numeratione, prohibeat Præs. Provincia.* In his enim quæ ad officium necessarii spectant, non potest Magistratus juvari ex capite ignorantia, cum ea supina sit, & crimen de per se animadversione dignum, ut statim probabitur.
- ²¹ Accedebat rei evidentia, nempe depositum pecuniæ, mercium, fructuumque, summam quatuor mille aureorum

D. D. Laur. Mathau, de Re Crim. Pars II.

excedens. Non enim erant illi advenæ ita divites, ut de eis præsumi posset, tot pecunias in bonis habuisse. Nominè namque Prætoris depositum factum fuit; neque præsumendum miseròs Indos, qui vix, unde se alant, consequuntur, tot aureorum millia jactare, ut Gubernatorem gravarent, cum regulariter nemo præsumatur jactare suum; l. *cum de indebito* 25. vers. *qui non solum, ff. de probat. pluribus* Barbosa axiomat. 112. num. 1. Probatur plenè quod Prætor comites habuit eos viros in navigatione tempore adventus, ad Provinciam suscipiendam, & eos tractavit tanquam familiares, & domesticos. Ac tandem quod dum hæc fierent, non in uno aliòve municipio, sed in tota Provincia, nomine Prætoris, ea passus fuit; ex quo colligitur scientia, consensus, mandatum, etiam ad hoc ut criminaliter teneatur, quia non fuit crimen momentaneum, sed successivum tendens ad illius utilitatem, Fatin. d. q. 134. n. 70. & 73. cum segg. Præcipue dum non adesset qui illam ingentem summam recuperare conatus esset: si enim pecuniæ distributæ non pertinerent ad Prætorum, Dominus cui non erat prohibitum negotiare, se opposuisset, ut eam vindicaret. Adjungebatur verisimilitudo, quia omnia ad utilitatem Prætoris facta erant, & hujusmodi Magistratus Novi orbis hac labe rapiuntur: sic innuit Acofta, lib. 3. cap. 5. ibi: *Etenim cum penetrando ad Indos plerisque, ut modestè dicamus, familiaris rei angustia in causa sint, ac relicta patriam, liberis charos, omnes labores quoque immensos, & pericula navigationum, itinerrum, novi cæli, ea una cogitatione compensant, quod aliquando tandem ex Indis reditari sint divites, ac beati, ut quod reliquum est ætatis, in otio splendide agant, suos etiam fortunæ juvent; quis enim si cogitationes consiliæque sua inspiciat, ita se animatum neget? Quis, obsecro, non videt cupiditati atque avaritiæ januam esse patefactam amplissimam? Ut cumulanda pecuniæ cura sit prima, cætera omnia uni huic posthabeat.* Prosequitur prudenter, atque eleganter, per totum hoc capitulè perpendendo, quàm difficile inveniantur idonei rebus Indicis Præfecti, pluribus Dominus Solorçano, d. tom. 2. lib. 4. cap. 2. n. 6. & post eum Villaroël, d. q. 15. art. 1. & 2. ac noviter P. Avendaño, in thesaur. tit. 4. c. 9. n. 90. sed melius ad rem tit. 3. cap. 9. §. 5. n. 84. Sicque & factò comprobatur, & reatus Prætoris apparebat per rei evidenti-

P p 3 dentiam

dentiam cuius tanta vis est ut suppleat vicem accusatoris, testis, & totius processus; pluribus Fragofo, de regim. reipub. *Christ. part. 1. lib. 5. disput. 12. num. 116.* & post eum Pater Advendaño, in thesaur. *Indic. part. 1. tit. 4. c. 20. n. 188.*

26 Demum ex dicto rescripto anni 1619. privilegiata reperitur probatio iuxta Textum, in *d. l. 6.* quæ requirit tres testes deponentes de facto proptio, licet singulares sint, dummodo sint ejus qualitatis, ut à iudice fides adhiberi possit, & ex dicto commodum non reportent. Licet enim Indi ex imbecillitate naturæ, ex inconstantiâ innata, atque servili conditione laborent, ut dixi *n. 3.* Hoc non procedit, ita ut excludantur omnimodè à testimonio dicendo in re gravi, præsertim quando veritas aliter haberi non potest; nam hoc in casu testes inhabiles admittuntur, sicut meretrices, & lenones, qui admittuntur in iis quæ facta sunt in lupanari: probat aliis relatis Farinac. *q. 56. num. 369.* Agebatur de re gesta in municipiis Indorum, cum quibus dege- & habitare Hispanos, ac cæteros alienigenas regulariter prohibetur, ut tradit idem D. Solorzano, *lib. 2. polit. c. 26. ad fin.* sicque, neque actu, neque habitu, alii testes reperiri posse non est facile. Ob quod non habemus cautum quod omnimodè excludantur, sed quod major numerus Indorum adhibeatur, ita ut in re gravi sex Indorum depositiones constituent unum testem integræ fidei, ut ex consilio Limano, & ordinatione prædicta probat D. Solorzano, *d. c. 27. n. 57. cum seqq.* Ex quibus clarè deducitur, quod iudex in rebus Indicis, debet præstare fidem sex Indis, ac per consequens iuxta decisionem Text. in *d. l. 6.* dum haberet decem, & octo depositiones eorum Indorum, quibus in sua specie, fides adhiberi potest, probatio plena resultare est dicendum: sed aderam in causa centum quinquaginta, & una depositiones & sic super abundanter probatum remanebat, quia restium defectus per numerum suppleri potest, ut regulariter probant plures adducti per Farin. *q. 62. n. 309. cum seqq.* & in specie criminis repetundarum Mastril. *de Magistr. lib. 6. c. 8. n. 45.* & Villaroel *d. art. 2. n. 61.* apud quos plura.

29 Neque sola hæc species probationis aderam, sed depositiones trium Hispanorum, qui contestes de facto quoad aliqua municipia deponcbant, in his nulla recidebat suspicio, neque aliquid objectum

fuit ex quo dicta per eos infirmarentur, quare testes integræ fidei habebantur, quia de jure præsumptio capiendi est pro probitate, & bona fama testis, ut cum Baldo, Corneo, Ancharrano, Cardinali, Innocentio, & Mascardo, docet in terminis D. Larrea, *allegat. 48. n. 25.* & pluribus in simili dispositione probavi *sup. p. contr. 2. n. 24.* Et licet Bobadilla tenuerit, quod in causis visitationis secreta, qualis erat ista, specialitas probandi, contenta in *d. l. 6.* non debet admitti, contrarium ex communi stylo Audientiarum totius Hispaniæ probat Larrea, *d. alleg. 48. n. 28.* & merito, quia tota ratio illius dispositionis consistit in difficultate probationis, quæ non immutatur ex diversitate Judicii, sive formæ illius.

Nec deficiebant adminicula requisita per *d. l. 6.* Nam si bene factum univertum perpendatur, ex ipso resultat plena probatio istius criminis, iuxta vulgarem Textum, in *l. Imperatores 38. §. penult. ff. ad municipal. ibi: ex ipsis rebus probationem sumi oportere,* cum quo consonat Text. in *l. 9. tit. 9. part. 1. ibi: fueras ende si alguno ficieste tal pecado, porque merecieste esta pena, e fuesse tan manifesto, que non oviesse menester de se probar.* Bartol. in *l. fur est manifestus, num. 1. ff. de furt. Paris de Puteo, Marfil. Blanch. Nata Grammat. Mascard. & alii apud Farin. q. 52. n. 50. 51. & 53.* quibus addendi Caball. *cas. 288. n. 3.* Cevallos, *comm. contr. com. quest. 337.* Anton. Gomez, *tom. 3. c. 12. n. 15. 201.* quod tamen, P. Joan. Marquez in *Gubern. Christ. lib. 2. cap. 17.* D. Larrea *alleg. 66. num. 2. cum seqq.* Ant. Matth. *de crim. d. l. 48. ff. tit. 14. cap. 1. num. 7. & tit. 15. c. 6. numero 1. cum seqq.* cum aliis per me adductis, *tom. 2. de regim. c. 8. §. 8. n. 2.* Matien. *jun. in repet. c. asserite, Azevedo, in l. 4. tit. 6. lib. 8. recopil. num. 51.* Noguez. *allegat. 12. num. 61. 81. & 180.* & Ayllon, *ad Gomez, d. c. 12. n. 26.* Qui omnes concludunt, ex violentissima præsumptione posse reum condemnari ad pœnam corporalem, & ordinariam. Quorum doctrina in nostra specie procedit: nonne præcipua cura injuncta Præsidibus, Præfectis, atque Prætoribus Novi Orbis est, tutela, atque defensio miserabilium Indorum ab illicitis exactionibus, violentiis, & extorsionibus? juxta Text. in *d. l. Altitas 6. ff. de off. Præsid. pluribus D. Solorzano de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 27. per tot. præcipue num. 13. & 14.* quo Regia rescripta de hac defensione tractantia tradit.

Poterit

Poterit negari dolosa negligentia hujus Prætoris, quoad executionem istius obligationis, quando non in uno, vel alio municipio Indi cogebantur ad præstandas operas cum jactura enormissima, sed in tota ferme provincia? Potuit ab ipso ignorari universale subditorum gravamen sua auctoritate, vel nomine illatum quando clamores oppressorum pervenerant ad Hispanas oras, deducti fuerunt ad hanc curiam, ad notitiam nostri Senatus pervenerunt, & aures Regiæ informarunt ut dignum remedium adhiberetur (si Prætor non fuisset auctor, vel saltem conscius sine re exequi tot vexationes in miseris; si hæc omnia sub prætextu utilitatis ipsius fiebant, taceret, ut alii cum jactura sui honoris locupletarentur? Si pecuniæ distributæ non fuissent ex bonis hujus Magistratus, omitteret verus Dominus vendicationem rerum exhibitarum? Hæc omnia simul juncta convincunt. Nam vera probatio (ut docet noster doctissimus Franc. Sarmiento, *selectar. lib. 1. c. 1. n. 9.*) est quæ sensu corporeo immediatè percipitur, ut si testes hominem occidere videant: præsumptio verò, quæ non sensu corporeo immediatè percipitur, sed per discursum colligitur. Prima adeo sensibus capitur, ut animalia irrationabilia, si loqui scirent, & possent probationem priorem facere, non secundam, sed homini rationali adeo potest res evidentem ostendi ex secunda, sicut ex prima. Perpendantur exempla ab ipso adducta, & apparebit ejusdem generis esse, ac factum de quo tractamus, & fortè non sic urgentissima.

34 Sed dato quod non concludenter ipsum Prætozem fecisse, probaretur, concludenter probabatur factum fuisse, per comites, focios, ac famulos qui circa eum erant. Et ex hoc pariter tenebatur ad pœnam, sicut si ipse fecisset. Quia Præfex, Præfectus, vel Prætor, non solum tenetur de iis quæ fecit, sed etiam de iis quæ patrata sunt per interpositas personas, comites, focios, famulos, vel cognatos, sic docet Modestinus, in *d. l. principalibus 33. ff. de reb. cred. & si cert. petat. ibi: Ne hi qui provinciam regunt, quæ circa eos sunt negotientur.* Non enim Consulatus requirit quod famuli sub expensis Rectoris Provincie comprehentur, sed quod negotiator versetur circa eum, ut prohibitione comprehensus appareat. Hermogenianus, in *d. l. aufertur 46. §. quod à Præsidi, ff. de jur. fisci,* sic respondit: *Quod à Præsidi, seu procurato-*

re, vel quolibet alio in alia Provincia in qua administrat, licet per suppositam personam comparatum est. Ita ut non requiratur actus gestus per ipsum Præsidentem, vel alium administratorem; sufficit quod executioni deductum sit, per suppositam personam. Martianus, in *d. l. non licet 46. ff. 36 de contr. emptio.* sic loquitur: *Non licet officio quod administrat quis emere quid vel per se, vel per aliam personam.* Hæc verba quemlibet extraneum comprehendunt; ita ut quoties nomine ejus, qui officium gerit, fiat publicè, sub dispositione continetur. Justinianus, in *d. l. unie. §. penult. C. de contr. judic.* sic rescripsit. *Hæc autem etiam ad domesticos, & Consiliarios eorum trahi necessarium duximus, illud etiam adjicientibus, ut nec per interpositam personam aliqui eorum, sine periculo possint perpetrari.* Hic enim discretivè loquitur primum de Domesticis (quod non solum comprehendit famulos, sed alios plures) ut explicat Martianus in *l. perspicendam §. furta, ff. de pœn. pluribus Farin. q. 55. n. 4. & 5.* & consiliariis, ac demum de interposita persona: Diocletianus & Maximilianus, in *d. l. & qui sub imagine, C. de distract. pignori.* ibi: *& qui sub imagine alterius persona quam supposuerat jugiter teneatur.* Gratianus, Valentianus, & Theodosius in *d. l. 1. C. ad leg. Jul. repetit.* ibi: *ut non solum quod ejus non dicam domesticus, sed manipularius, & minister: ipsi Theodos. & Valens in d. l. sancimus. fin. C. eod. ibi: sive per se, sive per interpositam personam in fraudem legis, sacramentique, aut veditiois, donationisve titulo, aut alio velamento cujusque contractus.* Ex quibus facile inferri potest ad quas personas, & ad quos contractus de jure prohibito extendatur, ita ut nec interpositio, suppositio personarum, nec velamen cujusvis contractus obliviscantur Consulti, aut Imperatores: in nostro jure sic pariter cautum habemus; nam in *d. l. 5. tit. 5. p. 5.* sic dixit noster Alphonsus: *el ni otro por e. Ni otro si, ninguno de su compaña, en aquella tierra, ni en aquel lugar sobre que son apoderados. Fueras ende las cosas, que non podrian escusar, asi como lo que oviesse menester para comer, o para beber, o para vestir.* Tex. in *d. l. 2. tit. 6. d. lib. 3. recopil. ibi: Ni asi mismo durante el tiempo de su officio el dicho Asistente, Governador, o Corregidor ni su oficiales, por si ni por otro, comprehendedad alguna, ni edisiquen casa sin nuestra licencia y especial mandado en la tierra de su Jurisdiccion ni usen en ella de mercaderia*

P p 4 cadetia

- 40 caderia. Quod pluribus Regiis reſcriptis in Novo Orbe cautum reperitur, ut diximus, num. 13. Ob quod quoties aliquis Præfectus, Gubernator, ſeu Prætor juramentum ſolitum in Senatu præſtat ad ſuſcipiendam officii adminiſtrationem ſub hac expreſſa clauſula juſjurandum ab eo exigitur: *Que no tratateis ni contrateis por vos ni por interpoſitas personas; ne ex capite ignorantie, aut non uſus, excuſari valeant.* Quæ quidem diſpoſitiones ex ea ratione inductæ ſunt, ut tradit Decianus, d. lib. 8. c. 26. n. 29. *Ne potentia officii concutiant ſubditos. & cum eorum damno Magiſtratus rem ſuam augeant.* Quæ procedunt etiam ſi id per alias perſonas exequantur: nam, ut ait Ant. Matt. d. c. 1. n. 6. adducens Ciceronis verba 4. in Verr. *Nam nihil intereſt ipſene expiles provinciam, an per prædatores id facias.* Verba Ciceronis ſunt hæc. *Cohors tota illa tua que plus mali Sicilia dedit, quam ſi centum cohortes fugitivorum fuiſſent; tua manus ſine controverſia fuit. Quicquid ab horum quopiam captum eſt; id non modo tibi datum, ſed tua manu numeratum neceſſe eſt judicari.* Ad rem Babadilla, d. lib. 2. polit. c. 11. n. 53. ibi: *que eſtos ſon coechos deſimulados,* 43 & d. c. 12. n. 34. ibi: *porque ſe ſaria fraude a la ley Cincia, que generalmente prohibia a los Jueces, y Oradores el recibir, y con fingidas compras, ſe abrivia pueria a los coechos, y podrian los Jueces por el precio que quiſieſſen tomar, & recibir todas las cosas.* Nec refert quod hæc per interpoſitam perſonam ſtant, ut in noſtro caſu: quia major fraus contemplantur ex inperpoſitione comitum, famulorum, aut aliorum quorumcumque; juxta Text. in l. pupilli, §. ſi. ff. de tutor. tut. ibi: *ſi filius tutoris, vel qua alia perſona juri ejus ſubjecta emerit, idem erit atque ſi ipſe emiſſet.* Per quem Textum hanc concluſionem pluribus tueretur Farinacius, d. q. 111. n. 176. & ex noſtratibus Bobadilla, d. c. 12. n. 34. in not. litt. D. Gregor. Lopez in d. l. 5. gloſ. 5. Azevedo, in l. 1. tit. 6. lib. 3. recopil. n. 13. & in l. 4. tit. 8. verſ. ſatisfacer. Et pluribus relatis Hermoſilla, in d. l. 5. gloſ. 5.
- 45 Neque ex eo quod ignoraffe dicebatur, excuſari poterat; nam in his quæ ſiunt per domeſticos, comites, vel familiares ſcientia præſumitur ſecundum Barthol. in l. quicumque n. 3. Cod. de ſerv. fugit. Azevedo, in d. l. 1. n. 16. Et quia factum de quo agitur publicum fuit, & per totam provinciam ſub publicæ auctoritatis nomine perfectum. Text. in c. 1.

de poſt. Prætor. c. cum illorum, de ſentent. excommuni. pluribus Barboſa, axiom. 113. num. 6. Imò cum non per actum momentaneum id factum fuiſſet, ſed per actus ſucceſſivos, & ad utilitatem ipſius Præfecti, non ſolum ſcientia, ſed conſenſus, & mandatum comprobantur, Text. in cap. conſtitutis 45. de reſtib. pluribus Farinacius, d. quaſt. 134. n. 70. & 73. & quia delictum fieri non potuit abſque magnis expenſis, Berol. conſil. 118. n. 23. lib. 3. & quaſt. 39. n. 4. Farin. d. q. 134. n. 81. Præterim cum Prætor ſit nobilis, & exercens imperium merum, ut ex dicto cap. conſtitutis deducitur & probant Tiracquell. de nobil. c. 37. n. 134. & Barboſa ad eum Text. num. 2. ac tandem ex nimia negligentia impediendi progreſſum, illicitæ exactio- nis, ſive conuſionis enormiſſimæ, quæ in Magiſtratibus dolosa eſt, ut probat Avendaño, in cap. 3. Prætor. num. 6. & ſic poteſt criminaliter puniri; Add. ad Bar- tol. in l. duos. num. ſin. Cod. de ſuſceptor. lib. 10. Avendaño, ibid. Azevedo, in d. l. 4. num. 10. tit. 6. lib. 3. recopil. Jan. Langl. ſemeſtr. lib. 8. cap. 15. ad med. Petrus Herod lib. 2. rer. judic. tit. 10. cap. 1. Dominus Solor. in polit. lib. 5. cap. 18. verſ. y porque de mas, pag. 918. Et poena corporali puniri poſſe omnes concludunt: quibus addendus, Ant. Matth. d. c. 1. num. 6. ibi: *aut cognitis rapinis eos non coércuit, dimiſerit, etiam graviore poenam ſuſtinere deber.* Quibus addi poterat, quod in- quiſitus, & accuſatus de hoc crimine, 47 neque de cohibenda audacia comitum vel famulorum tractavit, neque eos exhibuit, ut tenebatur ex Text. in l. 1. tit. 16. part. 3. & l. 4. tit. 6. lib. 3. recopil. docent Paris de Putco, de ſyndic. verb. an ex eo quod fecerunt familiares n. 22. & 28. fol. mihi 128. Gregor. Lopez, & Azevedo, in his Text. Avendaño, Heredia, Paz, & alii adducti per Bobadillam, d. c. 1. n. 79. verſ. tambien, in not. litt. G.

Sed dices quod comites, ſive famuli, 48 qui verè rei criminis fuerunt, fuga arrepta non poterunt exhiberi. Nam facilis eſt reſponſio, cum Magiſtratus, & Judex teneatur de factis per domeſticos, quia in culpa eſt malis hominibus utendo, ut probant Rebuffus, in conſt. Gal. tom. 1. tit. de ſentent. execut. gloſ. 15. art. 7. num. ſin. Addit. ad Capel. Tolof. de ciſ. 3. num. 12. Azevedo, in d. l. 1. n. 16. & in dolo verſabatur ex nimia negligentia, ut dixi. Quia dum univerſa Pro-

vincia

vincia conuſionibus peſſimis afflicta- tur, nihil de his quæ ex neceſſitate offi- cii tenebatur, adimplevit, & in facto alieno quod quis indagare teneretur, non præſumitur ignorantia ſecundum Ab- bat. in cap. innovit, n. 9. de elect. Jaffin l. ſi res, num. 40. ff. de legat. 1. ſi enim dice- retur quod quamprimum ad notitiam Prætoris crimen pervenerat, reos illos capere procuravit, contra eos juridicè proceſſit, per proclamata citavit, ac tan- dem uti contumaces condemnavit, pro- fecto aliquam excuſationem deducere. Sed ubi eſt inquiſitio in fontes formata? Ubi diligentia, vel minima ad perſequen- dos malefactores iſtos inſtituta? Ubi op- preſſionum Indis illatarum reparatio? Ubi damni perfeverantis ſubventio? Nihil deducebatur ad comprobationem iſto- rum; immò dum clamor Indorum ad Hiſpaniam advectus fuit, conuſſio per- feverabat, dum per vaſtos Oceani ſinus ad aures regis perveniebat, oppreſſio perſiſterat: poſtquam in Senatu remedium deliberatum fuit, & commiſſio ad in- quirendum contra Prætorum idoneo Mini- ſtro in Novo Orbe degenti fuit tranſ- miſſa, & ille ex diſtantiſſima urbe ad eam Provinciam properavit, & cauſam inſtituit, adhuc Indos invenit eisdem vexationibus oppreſſos, eisdem ærumnis gementes. Ex quibus concludebatur culpa, dolo, & fraus ipſius Prætoris, ſuf-iciens ad condemnationem ſuperius dictam.

Neque obſtant in contrarium addu- 49 cta. Non primum; quia licet Indi fallaces ſint, atque adeo non cenſentur idonei teſtes in re gravi, non ex eo excludun- tur omninò, quando actum de quo agi- tur perfectum fuit in eorum municipiis, quia veritas aliter haberi non poteſt, ut dixi num. 26. cum ſeqq. admittuntur dum numerus ſuppleat defectum, quod in no- ſtra ſpecie ſuperabundanter verſicaba- tur, quia pluſquam centum, & quinquaginta depoſuerant in ſubſtantia conte- ſtando. Neque ex hac cauſa commo- dum reportare poteram, quia nullus ex eis pars formalis judicij conſtitutus fuit; neque hi qui depoſuerunt, tanquam ſinguli, vel tanquam univerſi intereſſe habebant. Erant namque Reguli ſive Caſiques, qui immunes ſunt ab omni opera, præſtatione, vel tributo, quia no- biles reputantur, ut probat Dominus So- lorçano, in politi. lib. 2. verſ. la qual

exencion, pagin. 181. ac ſequent. Neque aliquis eorum Procuratoris Officium geſſit pro ſuo municipio. Sed ſolum ex eo quod ipſis pecunia tradita fuerunt, ut diſtribuerent inter Indos; verſa vice quando per Judicem viſitatoreſ juſſum fuit, quod bona ſpectantia ad Prætorum exhiberentur, quæ nomine ipſius habuerant, exhibuerunt; quod ratione muneri tenebantur facere. Et ſic eodem modo quo Prælati, Abbatis, vel Superiores depoſitio, favore Eccleſiæ, ſeu Monafterii jure comprobatur, ſic horum Regulorum dicta ad favorem ſuo- rum municipiorum ex Text. in d. cap. inſuper, de reſtib. ubi Barboſ.

Ad ſecundum abundè ſatisfactum 51 eſt ſuprà numero 22. quia plenè conſtitabat de qualitate requiſita ad proban- dum, quod homines per quos hæc facta fuerunt, tanquam comites adduxit Prætor, tanquam famulos tractabat, ac tales ab omnibus reputabantur, & ca- ſu quo non probaretur plenè, juxta Textum relatos, ſuprà numero 35. cum ſequentibus: non præciſè requiritur quod famuli ſint; ſufficit quod ſint comites, manipularij, miniſtri, vel ex his qui circa eum ſunt. Quibus addebatur, quod verè interpoſitæ perſona erant, ut ex ipſo facto, & rei evidentia appa- rebat.

Ad tertium dicebatur, quod licet re- 52 gulariter Magiſtratus non teneatur ex crimine comitum, famulorum, vel cognatorum, niſi ad damni dati ſatisfactio- nem, & poenam pecuniariam: hoc procedit dum non conſtat de illius complicitate, ſcientia, conſenſu, nimia negligentia: nam in his caſibus teneatur ad poenam criminalem & corporis afflictivam: ut remanet dictum. Ex quibus Senatus cenſuit condemnandum fore ad poenam contentam in reſcripto anni 1550. de quo ſuprà numero 13. ſententia lata anno 1669. quæ ſequenti anno in gradu ſupplicationis confirmata fuit.

CONTROVERSIA LXII.

An sententia privationis Officii in causa visitationis lata, habeat paratam executionem, pendente termino ad supplicandum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
 - 2 Officialis à suo Judice condemnatus appellans non auditur.
 - 3 Intellige de Officialibus inferioris familiae, non superioris Ordinis.
 - 4 L. unic. §. ergo, ff. nihil innovar. expenditur.
 - 5 Idem Text. in vers. integer. explicatur.
 - 6 Sententiarum supremi Senatus Novi Orbis supplicationes in causa syndicatús, non admittuntur nisi pœna corporalis, vel privationis officii imponatur.
 - 7 Consilium nostrum Novi Orbis fruatur quoad suos omnibus prerogativis, & præminentis, quas obtinet Castella Consilium.
 - 8 Immo ipsius pars est, in aliam Aulam ad faciliorem causarum expeditionem divisa.
 - 9 Syndicatús cause appellationem admittunt quoad effectum devolutivum, non autem quoad suspensivum.
 - 10 Supplicatio non suspendit effectum privationis officii, quando officium est temporale.
 - 11 In Magistratibus temporalibus Novi Orbis, iudicium syndicatús, sive visitationis feret elusorium respectu pœne privationis, si sententia suspenditur per appellationem, vel supplicat.
 - 12 Oppressio Indorum pluribus legibus, atque regis rescriptis detestatur, atque puniri iubetur.
 - 13 Semel malus semper presumitur malus in eodem genere.
 - 14 Appellatio non suspendit sententiae effectum, quoties adest periculum in mora.
 - 15 Supplicationis effectus non evanescit, ratione executionis sententiae.
 - 16 Utilitas privatorum cedere debet publice utilitati.
 - 17 Deciso Senatus.
- I**N causa controversiæ præcedentis Reus, qui in Novo Orbe verfabatur, legitime citatus fuerat ad diffinitionem, & sententiæ pronun-

ciationem; sed non comparuit per se, neque per procuratorem; ac in consequentiam, ut sententiæ ei injungeretur, litteræ expediendæ erant in forma assuetæ: sic rebus extantibus, Dominus Fiscalis supplici libello exposuit, hujusmodi condemnationem privationis officii paratam secum ducere executionem, quanquam ab ea supplicari posset, quia in causis syndicatús, & visitationis, exequibiles sententiæ Senatus sunt, tam de jure quam de stylo supremi Senatus Castellæ: ob quod concludebat, litteras executoriales sibi expediri, ad hoc, ut prælibata sententia executioni mandaretur.

De jure videbatur dicendum instantiam Fiscalis procedere, quia similes sententiæ supremorum Senatuum paratam habent executionem; tum quia officialis à suo Judice condemnatus appellans non auditur, Text. in l. nulli 3. C. quor. appellat. non recib. & in c. ei qui 41. §. nulli quoque 2. q. 6. & utrobique Doctores: præcipue Bartol. & Angel. in d. l. nulli. Amadæus tract. de syndic. n. 236. Paris de Puteo, in eod. verbo appellatio, c. 1. n. 16. Platea, in l. iudices, n. 2. C. de annon. & tribut. Bobad. lib. 1. politic. 12. n. 62. & c. 13. n. 37. & lib. 5. c. 1. n. 125. Avendaño, in c. 6. Prætor. n. 4. Maltril. de Magistrat. lib. 6. c. 12. n. 12. & 13. Don Franc. Amaya, in l. 2. n. 30. c. de exactor. trib. lib. 10. cum aliis per me adductis, supra contr. 2. n. 52. cum seqq. Ex quibus videbatur concludendum quod Prætor ille, tãquam subditus, & officialis nostri Senatus, appellans, vel supplicatione interponens, audiendus non eratur, quia condemnatus reperiebatur à suo Judice.

Verum huic illationi, obstabat communis Doctorum interpretatio: nam decisio Text. in d. nulli, de Officialibus familiae inferioris intelligi tantum debet, ut de Apparitoribus, satellitibus, actuariis, & similib. hujus inferioris gradus; non autem de officialibus superioris Ordinis, quia quoad eos semper est data plena facultas appellandi, supplicandive, ut dixi, d. contr. 2. n. 1. cum seq. & in terminis probant ex nostratibus Azevedo, in leg. 17. tit. 7. lib. 3. recopil. num. 2. Joan. Gutierrez lib. 1. pract. quæst. 39. num. 2. quod mihi probat Text. in leg. unic. §. ergo, ff. nihil innovar. ibi: Ergo si abstinere ordine jussus sit, & provocaverit, eadem ratione potest eadem participare. Quem Textum nullus ex his Doctoribus adduxit: & quamvis Gutierrez allegaverit, in loco præcitato, dicit. l. unic. vers. integer: perperam, meo iudicio,

sed sententia executioni mandanda. Pro eadem consideratione, quæ meo iudicio, concludit, expendo Textum, in leg. 17. tit. 7. lib. 3. recopil. ubi Azevedo. Nam dum agitur de sententiis latis in causis syndicatús Judicium, expressè cautum reperitur, quod appellationes admittantur quo ad effectum devolutivum tantum, non verò quoad suspensivum, ac per consequens, licet concedamus supplicationem recipiendam fore, de effectu devolutivo intelligi debet, non verò de suspensivo: ex quibus intentio Domini Fiscalis de jure procedere videbatur.

Quibus addi potest doctrina Joannis Gutier. d. q. 39. n. 5. quatenus docet, quod privatus officio appellatione pendente potest istud exercere: quod intelligendum de officio perpetuo, non autem de temporaneo, quia cum temporis cursu consumatur, non debet appellatio admitti quoad suspensivum, si rectè pronunciatum fuerit, ne iudicium fiat illusorium, & sententiæ effectus evanescat; ex eo quod durante lite appellationis, officii tempus consumitur, seu adimpletur, & postea non remanet aliquid in quo sententia exequi possit. Quæ decidendi, seu potius limitandi ratio, in Magistratibus temporalibus Novi Orbis potissima est; quia ratione vastissima distantia, antequam sententiæ ad notitiam rei iudicialiter perveniat, si ille in Novo Orbe versatur, & lata sit in Senatu; vel si ibi lata est, & ad Senatum provocatur, antequam acta transmittantur, & in Senatu partes compareant; & iudicium ordinetur, tempus officii completum est, atque iudicium illusorium remanet: ut experientia cum iactura publicæ utilitatis quotidie demonstrat. Et in nostra specie reus in culpa erat, quia procuratorem mittere omisit, ex quo commodum reportare æquum non erat.

Et amplius, quia crimina hujus rei tendebant in evidentem oppressionem miserabilium Indorum, tot legibus prohibitam, tot Regiis rescriptis execrandam, totque rationibus punibilem, ut probant Dom. Solorzano, d. tom. 2. lib. 1. c. 27. & polit. lib. 2. c. 28. & 29. Et novissime P. Didacus, Avendaño, in Theaur. Indic. 1. 1. tit. 6. c. 1. n. 2. cum seq. & in addit. corol. lib. ejus n. 40. Ob quod periculum verfabatur in mora, tum quia semel malus semper præsumendus malus, præsertim in eodem genere mali, Text. in l. si

judicio, quia in eo non loquitur Ulpianus de integritate status, quoad officii exercitium, sed quoad jura civilitatis, & quoad capitis diminutionem; cum in d. vers. integer, tractet de deportato, ab eo cuius deportandi tributum est, per quam deportationem jura civitatis amittuntur, ut probat Text. in l. inter penas 6. ff. de interditiis & relegatis. de quo latè per Ant. Fab. in jurispr. Papin. tit. 12. princ. 2. At verò in d. §. ergo clarè Consultus loquitur de eo qui condemnatus reperitur ad privationem muneris, seu dignitatis: & clarissimè docet, quod si provocaverit, cœtum participare, atque muneris exercitium fungi. Hæc apud nos confirmantur pulchrè, per Text. in l. 52. tit. 4. lib. 2. recopil. quo clarè decisum reperitur, quod etiam si cause per sententiam consilii in syndicatu decisæ, supplicationem non recipiat, limitatur duobus modis: nempe in casu impositionis pœnæ corporis afflictivæ, & in casu privationis perpetuæ officii. Quod pariter cautum reperitur, in act. 15. & 17. ejusd. consilii, fol. 4. Sed nota obiter, quod licet in d. l. 52. dicatur privatione de officio perpetua, lapsum temporum, vel transcribentium crediderim: nam privatio officii in eo distinguitur à suspensione, quod illa perpetua sit, hæc temporalis: & inepta esset forma legis ferendæ, si vox perpetua referenda sit ad privationem, quia in ea inest qualitas privativitatis. Quod convincitur, ex dict. act. 17. in his verbis, privatione de officio perpetuo. Cum enim plura officia perpetua sint, plura etiam temporalia, quod in his iuribus cautum habemus, meo quidem dictamine, est, quod privatio officii perpetui, tanquam res magni momenti supplicationem admittat, non autem privatio officii temporalis, quæ parvi præjudicii, respectu perpetui, censenda est.

Cum autem noster Senatus, quoad provincias Novi Orbis obtineat eandem Jurisdictionem, cum omnibus præminentis, atque prerogativis, quibus fungitur consilium in his Castellæ Regnis, ut latè probat D. Solorzano, de jur. Indiar. 1. 2. lib. 4. c. 12. n. 8. Imò, ut ipse subjungit, est pars ipsius consilii, licet in aliam aulam divisum, ob meliorem negotiorum expeditionem d. l. 52. & ejus dispositio, quo ad nostrum Senatum jus constituit, ac per consequens, cum privatio officii de qua agimus non sit officii perpetui, sed temporalis, ex ea dispositione & ex dict. act. 17. supplicatio admittenda non erat,

Et amplius, quia crimina hujus rei tendebant in evidentem oppressionem miserabilium Indorum, tot legibus prohibitam, tot Regiis rescriptis execrandam, totque rationibus punibilem, ut probant Dom. Solorzano, d. tom. 2. lib. 1. c. 27. & polit. lib. 2. c. 28. & 29. Et novissime P. Didacus, Avendaño, in Theaur. Indic. 1. 1. tit. 6. c. 1. n. 2. cum seq. & in addit. corol. lib. ejus n. 40. Ob quod periculum verfabatur in mora, tum quia semel malus semper præsumendus malus, præsertim in eodem genere mali, Text. in l. si